

Bonè Deus, quam ingeniosi sunt hodie nri heretici ut quoniam eorum scripta passim à bonis omnibus tanq[ua]m diris, et præsensis senemis còdita, et phodantur, egerunt ea cū bonis quib[us]q[ue] aut bonis, quasi inimicus suarū dicitur, qui i ser segetes iustitias super seminauit Zeterna diaboli. In vero quicunq[ue] boni viri, qui post mē suē libru[m] lechirus es, caudā p[er] arseos, ferme b, et a poculo lincei, nā sic oīa huiusmodi i mixta cū bonis, tanq[ua]m Urkas, inter flenda iuenies. Hoc h[ab]ui admonitum volui, Vallē iam et gemas, quod auit, et stercoisynceras Legē.

Lectori

BIBLIOTHECA

Vniuersalis, siue Catalogus omniū

um scriptorum locupletissimus, in tribus linguis, Latina, Græca, & Hebraica: extantium & non extantiū, ueterum & recentiorum in hunc usq[ue] diem, doctorum & indoctorum, publicatorum & in Bibliothecis latentium. Opus nouum, & nō Bibliothecis tantum publicis priuatise instituentis necessarium, sed studiosis omnibus cuiuscunq[ue] artis aut scientiæ ad studia melius formanda utilissimum: authore

CONRADO GESNERO Tigurino doctore medico.

*Authore damnato, hactenus quidem prohibitum
nunc utro cum expurgatione pmissum.*



TIGVRI APVD CHRISTOPHORVM

Froschouerum Mense Septembri, Anno

M. D. XLV.

*In hac Bibliotheca reperiuntur quamp[er]lares damnati Authores,
et eor[um] opera: quare caute legenda, ab ipsis q[ue] nominib[us]
presertim publicè referendis oīo abstinenda, ut uerò
noscat lector qui sint auctores, damnati consulat
prima huius iudicii Classē.*

MARTINVS Gregorius medicus nostro tempore Lutetia, vir utraq; lingua doctissimus, aliquot Galeni librorum translationes ad Græcæ exemplaria castigauit, ex quibus memini uidere Medendi methodum:
 Introductionem in pulsus, De motu musculorum, lib. 2.
 De usu partium libros 17, De alimentorum facultatibus, lib. 3.
 De attenuante uicibus ratione, lib. 1. Qui omnes Parisijs ante paucos annos pressi sunt.

MARTINI Hilaconili instructio in Chartam itinerariam, excusa Argentorati, 1516, in 4. cum luculentiore ipsius Europæ enarratione per Ringmannum Philesum, chartis 6.

MARTINVS Laudenſis iurisperitus scripsit Commentarios super Feudis, quos uidi impressos. In 1. ff. Vet. de rei uendic. De bello & duello. De Cardinalib. De dignitate. De crimine læsæ maiestatis. De milite. De primogenitura. De moneta. De priuilegio fisci. De priuilegio reſcrip. De principibus. De consiliarijs & legatis principum, & de officialibus dominorum, de castellanis & castris, de confederatis. Disputationem de legitimatione spuriorum, quæ incl. pit, Augerius: & aliam de præſcriptionibus incipit, Laudenſis.

MARTINVS Lutherus, natione Germanus, monachus olim Eremitarum D. Augustini Vuiteberge in Saxonia, & sacra Theologie doctor, primus nostro sæculo in abusus ecclesiæ palam inuectus est, ac aditis libris sola fide per Christum & merita gratia, iuxta D. Augustini quoq; sententiam, fideles iustificari aſſeruit, arbitrij libertatem impugnauit, & sceleris quam superiorum aliquot sæculorum ulli doctores genuinum Scripturæ sensum erueri cœperit, eumq; omnibus cõmunem & clarum facere. Quamobrem ei plurimum debet Ecclesiæ reſtata: sed nos in præſentia laudes eius, cum adhuc in uiculis sit, præteribimus: illud uero diſſimulandũ non est, Virum esse uehementis ingenij, impatientem, & qui nisi per omnia sibi conſentientes ferre nesciat. Ecclesiæ nostram damnare non ueretur, quantum in ipſo sit, tum est, quod Dominũ Christum in cena spiritui potius & gratia efficaci suis symbolis præſentem fidelium animos uere pascere, quam corporeo modo à quibusuis assumi, agnoscat. Dominus faxit ne quid contentione & impudentia oris obſit ecclesiæ suæ, cuius olim crepundia tam feliciter promouit.

Plurima scripsit ueraculo & Latino sermone: nos ordine quodã, primum Latine, deinde Germanice euulgata recensebimus.

Quinq; libri Moſi, cum historijs Iosue, Iudicum, & Regum: Item nouum Testamentum, ex recognitione M. Lutheri cum eiusdem præſationibus. Opus excusum Vuiteberge, 1529, in fol. chartis 174. Ex præſationcula prima. Cum ita deformatus eſſet Moſes, ut non poſſet emendari, nisi collatus ad Ebraicam lætionem, præſertim cum deſſent nobis antiqui codices, hic obiter inter conferenda dum animaduertimus, non in librariorum duntaxat incuriam multa errata reſci debere, sed interdum interpretem etiam non ſatis oculatũ fuiſſe. Quare paulatim creuit labor, & cum interpretatio plariſq; locis mutanda eſſet, noua propemodũ translatio nata eſt, ut per omnia reſponderet Latina lectio Ebraicæ. Quanquam autem in tanta occupationũ uarietate, non potuimus iuſtam operam in hanc rem collocare, tamen non dubitamus quin magnã lucem attulerimus huic parti quam nunc ædimus. Nos hoc polliceri bona fide poſſumus Moſen accurate recognitum eſſe, cum antea mirabiliter mendosus fuerit.

COMMENTARIJ M. Lutheri in utriusq; Testamenti libros: adiecimus autem in margine aſteriscos illos, quos alij Latinos fecerunt ex Germanica lingua.

Conciones in Genesin Latine exceptæ.
 Enarrationes in undecim capitula Geneseos, collectæ ab ore enarrantis in Schola M. Lu-

M. Lutheri per Doctorem Casparem Crucigerum, M. Georgium Rorarium præſbyterum, & M. Vitum Theodori Ecclesiasten Norinbergen. Impressæ Vuiteberge, 1544, in fol. chartis 90. Ex præſatione M. Lutheri. Extemporaneè & populariter omnia dicta sunt, prout in buccam tenerunt uerba, crebro & mixtim etiam Germanica, uerbosius certe quàm ſuſſe. Non quod falſa me dixiſſe ſibi conſcius ſim. Vnum hoc ſpectauit ut quantum poſſem uitarem obſcuritatem, & In epilogo promittit ſe etiam Abrahami hitoriã explicaturum, Deo ſauente. Lutheri præſationem ſequitur altera Viti Theodori.

In 17. & 20. ca. Exodi.
 Annotationes in Deuteronomion Moſis, excuſæ Vuiteberge, 1525, in 8. chartis 54. & dimid. Ex epistoſa nuncupatoria ad epiſcopum Sambien. Deuteronomion Moſi à me ſtatibus meis domi familiari colloquio tractatum, tuo nomini dicare inſtitui. Dedit autem operam, ut primo omnia ſimpliciſſime tractarem: nec paſſus ſum me rapi ad myſticas (quas uocant) expoſitiones, ſi quando occurrerent abſurdæ & ſtultæ leges, ut aliquibus uidentur. Adieci uero poſt & allegorias breues, ſerè per ſingula capita, non quod magnopere eas curem, ſed ut præuenirem quorundam inepta ſtudia in allegorijs tractandis.

In Oſeam prophetam annotationes Vuiteberge præſectæ, & excuſæ Baſilæ apud Thomam Vuolphium, 1526, in 8. chartis 3.

Iona propheta cum annotationibus, excuſus Argentorati apud Io. Knoblochium, 1526, in 8. chartis 9. à Io. Lonicero in Latinum ſermonem & Germanico translatus. Ferunt & luſus Ionas hunc librum uerſiſſe.

Enarratio in Iosiem, Amos, & Abdiam.
 Habacuc prophetæ cum annotationibus, eodem interprete. Argentorati, 1526, in 8. chartis 9.

In Micham prophetam M. Lutheri Commentarius, ſtudio Viti Theodori concionatoris Norinbergen. collectus & diuulgatus. Adieci eſt eiſdem D. Lutheri doctiſſima, breuis & diſclicia, & non parum diuerſa ab aliorum expoſitionibus enarratio in Cantica Canticoꝝ, cuius per ſe chartæ ſunt 7. Viteſſimerus excudit Baſilæ, 1543, in 8. cum indice, chartis 27. Vitus in præſatione ſcribit ſe publicare Lutheri dictata in Micham, quæ prius ipſi recognoscenda miſerit. Adaduntur etiam principales loci & ſententiæ concionum huius prophetæ per ſingula capita.

Scholia in Eſaiam, impreſſa anno 1532.
 De Chriſto Ieſu puero nato ex nono Ieſaie capite uaticiniſum, cum Annotationibus Mar. Lutheri, à Io. Lonicero translatis. Heruagius excudit Argentorati, 1527, in 8. chartis 4. & dimid.

Præſatio in Pſalterium, Iuſto Iona interprete.
 In duas decades Pſalmorum Operationes (ſic enim appellare maluit, tanquam moſtioriſſimo titulo quàm Interpretationes) ſam ſecundo recognita, & impreſſæ Baſilæ ab Adam Petri, 1521, in fol. chartis 122. Tractantur etiam aliquot loci communes in hoc opere, ex quibus copioſe tractati ſunt: De impiorum nominibus. De doctõribus uanitatũ. De ſpe & paſſionibus. De nomine Dei. De prædicatoribus. De fide & operibus. De ceremonijs. Ex epilogo authoris. Et ſi in lingua Hebraica non uno loco me uideam erraſſe, metuo tamen ne pluribus in ſpiritu errauerim, quanquam mihi conſcius non ſim ſynceram & catholicam fidem à me uſpam læſam. Quocirca per cõmunem Chriſtum eruditores rogo, mea negligant: tum chalcographos aut quoliſ uulgatores librorum, ne iſta euulgent, donec uel ego uel alius errores aliquot craſſos emendauerimus. In epistoſa quoq; ad Com. Pellicanũ in fine operis, errores aliquot emendandos indicat.

Raze de peste. Ex præfatione Liliij Gyraldi in librum Symeonis Sethi de cibariis facultate ad Michaële Ducam Constantinop. imperatorem. De eadem fermere & facultate (inquit) ad Constantinum, huius, ut puto, Michaëlis Duca parentem Michaël Psellus libellum ante scripserat, cuius est exemplum apud Meletium Gracum totius medicinæ scriptorē, non eodem modo argumento, sed iisdem interdum penē uerbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis deprauatum & mancū, Latine quoquo modo uerti, adiutus in primis ipsius Pselli libello, tum eiusdem altero à Georgio Valla pessime conuerso.

Mich. Pselli paraphrasis in librum Aristotelis de interpretatione, impressa Venetijs apud Aldum, 1503. in fol. chartis 10. cum Ammonij & Magentini in eundem librum, & rursus Ammonij in Prædicamenta enarratione. Eadē Latinitate donata cum eiusdem Pselli compendio in quinq; uoces Porphyrij & Aristotelis prædicamenta, Basileæ nuper excusa sunt apud Rob. Vuinter, in 8. 1542.

M. Pselli breuis expositio in Aristotelis libros de naturali auscultatione, extat in bibliotheca Diegi Hurtadi Casarei ad Venetos oratoris, & alibi in Italia. Expositio item in Metaphysica Aristotelis, & in Psychogoniā Platonis in Italia supsunt. Item Cōmentarius in Aristotelis uerba, Ars artium & scientia scientiarū, & quomodo omnia à philosophia dependeant.

MICHAELIS Ritiij Neapolitani utriusq; iuris periti, Gallorū regis consiliarij, de regibus Francorū lib. 3. De regib. Hispaniæ lib. 3. De regib. Hierosolymorū lib. 1. De regibus Neapolis & Siciliæ lib. 4. De regib. Vngariæ lib. 2. Io. Frobenius excudit Basileæ, 1517. in 4. chartis 22. & dimid. cū indice. Præfatio authoris scripta est Romæ anno 1505. in ea testat se ex multis & magnis uoluminibus hanc epitomen cōposuisse. Veteres (inquit) historias excussi, si quæ præsertim Regū stemmata, gradusq; cognitionis exequuntur, ut quo quisq; iure de Campania patria mea contenderit, inuenirem. Stylus est purus, candidus, illaboratus, teste Iano Parrasio in præfatione. Vngarica eius historia impressa est etiam cum Antonij Bonfinij eiusdem gentis historia, Basileæ nuper. Multa sunt (inquit Lod. Viues) in hoc opere corrupta nomina locorū, hominum, & familiarum, uitio credo describentium.

MICHAEL Saonarola. Vide Ioan. Michaël.

MICHAELIS Scoti liber de physiognomonía, impressus Venetijs, 1503. apud Ioan. Baptistam Sessam.

MICHAELIS Seruei Hispani de rebus Hispaniæ lib. 7. excusi Basileæ, 1531. in 8.

MICHAELIS Sicidotis historia Græca, Romæ in Vaticana biblioth.

MICHAELIS Stifelij, natione Germani, Arithmetica perfecta, cum præfatione Melanchthonis, impressa nuper Norimbergæ apud Petreum in 4.

MICHAELIS Syngeli Hierosolymorum libellus Græcus de orthodoxa fide, extat Romæ in Vaticana. Vide Suidam in Michaële, & uerba eius de Dionysio Areopagita apud eundem in Dionysio.

MICHAELIS Tarchanioræ Marulli Constantinopolitani epigrammata & hymni. Christianus Vuchel excudit Parisijs, 1529. in 8. chartis 11. Excusa sunt & Argentorati in 4. Raph. Volaterranus in Paralipomenis. Io. Iouinianus Pontanus (inquit) discipulum habuit Marullum Constantinopolitanū, hospitem meum, qui eodem die quo à me Volaterris discessit, in amne Cicina submersus est: uir acris cū ingenij, tum iudicij, & qui plus nostræ q̃ patriæ linguæ uacauerit, ut eius indicant carmina. Viues cum laudasset Ang. Politiani Musam: Marullus (inquit) obscurior est, & gratia impari.

MICHAEL Toxites Reticus, hoc tempore ludimagister Vrachiij, scripsit Querelā anseris, uel de ingratitudine hominum Elegiam; item Epicedia quædam. Impressa Argentorati in 8. 1540.